

AI-
865

STUDI PUBBLICATI

dalla

Regia Università di Torino

nel **IV CENTENARIO**

della nascita di **Emanuele Filiberto**

8 LUGLIO 1928

TORINO

Stab. Tip. VILLARBOITO F. & FIGLI

Via della Basilica, N. 9

1928

semplice armonia coi germi propri della sua terra, che non ebbe mai dei grandi polifonisti, ma che dalle teorie del Rameau alle trasparenze debussiane doveva appunto nell'armonia trovare e perpetuare la caratteristica della sua musica. Per questa intima qualità etnica, sia pure in forma embrionale, il Boileau meriterebbe uno studio attraverso le sue composizioni sacre e profane, per valutare quale sia il posto che egli occupa nelle origini e nelle fonti tradizionali della musica francese. E già a questo fine il Cauchi, uno dei maggiori esponenti dei Musicologi di Francia, scriveva alla nostra Biblioteca per richiesta d'informazioni in proposito. E noi anche vorremmo che il desiderio d'indagine si allargasse a tutti i codici e stampe musicali di questa Raccolta Sabauda: raccolta se non numerosa, certo preziosa per i nomi e per le cose, tra le quali vi è qualche edizione principe in esemplare unico al mondo. — Allo storico, al critico, all'artista tutto l'amore per scrutarne ogni bellezza a diffusione di coltura, a rinascita d'arte, a fulgore di gloria!

ETTORE STAMPINI

XVI.

TESTO

dei

DIPLOMI DI LAUREA *honoris causa*

conferiti

ALLE LL. AA. RR.

EMANUELE FILIBERTO DI SAVOIA DUCA DI AOSTA

per la Giurisprudenza

e

LUIGI AMEDEO DI SAVOIA DUCA DEGLI ABRUZZI

per le Scienze Geografiche e Naturali

a' di 8 Luglio 1928, Anno VI.

I.

REGIA VNIVERSITAS STVDIORVM TAVRINENSIS

VICTORIO EMMANVELE III IN ITALIA REGNANTE

QVOD

amplissimum Professorum Collegium Iurisprudentiae disciplinis tradendis, ut quam dignissime demonstret, quanta reverentia quantaque aestimatione atque admiratione EMMANVELEM PHILIBERTVM A SABAVDIA, AVGVSTAE PRAETORIAE DVCEM et Marescallum Italiae, prosequatur, quippe qui eximias regii generis sui virtutes egregiis moribus singularibusque erga Patriam meritis accumulaverit, praesertim si quis civilem eius sapientiam in multis rebus probatam insignemque eloquendi facultatem et vim in plurimis orationibus cohortationibusque magnopere laudatam, atque admirabilem illam spectet animi sibi semper conscii fortitudinem et magnitudinem, quam domi bellique saepissime praestiterit, adeo ut hunc nostrum strenuissimum populoque acceptissimum AVGVSTAE PRAETORIAE DVCEM cum nominis tum gloriae EMMANVELIS PHILIBERTI, praeclarissimi SABAVDIAE DVCIS ad immortalitatem memoriae consecrati, verissime heredem dicere liceat; eas ob res, iam pridem diligenter consideratas, nunc vero summo omnium Collegarum consensu plausuque sollemniter commemoratas, EMMANVELEM PHILIBERTVM A SABAVDIA, Serenissimum AVGVSTAE PRAETORIAE DVCEM, in numerum Doctorum Iurisprudentiae, *honoris causa*, adsciscendum esse censet;

Nos, ALFREDVS POCHETTINO RECTOR MAGNIFICVS,

qua sumus potestate praediti,

adprobante PETRO FEDELE EXCELLENTISSIMO REGIS ADMINISTRATO
STVDIIS MODERANDIS

EMMANVELEM PHILIBERTVM A SABAVDIA,

AVGVSTAE PRAETORIAE DVCEM ET MARESCALLVM ITALIAE

DOCTOREM IVRISPRVDENTIAE, *honoris causa*, cunctis Collegii suffragiis appellamus, et SERENISSIMO PRINCIPI in manus hanc membranam sigillo R. Universitatis obsignatam tradimus, quae honorem ei tributum testetur et confirmet.

Datum Augustae Taurinorum die natali Emmanuelis Philiberti Sabaudiae Ducis an. aevi Christiani MCMXXVIII, aevi Lictorii VI.

Subscripserunt

2.

REGIA VNIVERSITAS STVDIORVM TAVRINENSIS
VICTORIO EMMANVELE III IN ITALIA REGNANTE

QVOD

haud dubium est, quin ALOISIVS AMADEVVS A SABAVDIA, ABRVTII DVX ac navalium Italiae copiarum Praefectus, paucis ante mensibus a Regia Academia Taurinensi doctrinae studiis excolendis in Ordinem Sodalium Italarum Taurinum incolentium cunctis suffragiis adlectus, non solum terrarum mariumque scientia inter doctos facile emineat, verum etiam ad disciplinarum naturalium progressionem et cursus plurimum contulerit, ob eamque causam dignissimus sit, qui ab Athenaeo quoque EMMANVELIS PHILIBERTI, SABAVDIAE DVCIS, voluntate et opera iterum condito, honore aliquo conspicuo decoretur; amplissimum Professorum Collegium Physicis, Mathematicis, Naturalibusque doctrinis tradendis, omnia eius laboriosa ac periculosa itinera, per montes perpetua glacie rigentes, per maria incredibilibus frigoribus concreta, per regiones flagrantissimis aestibus exustas peracta, in memoriam revocans, resque complures et rerum cognitiones perpendens ab ornatissimo Principe undique collectas, quas postea in Patria aut ipse exposuit aut aliorum scriptis illustrandas curavit; considerans denique, quam magna egregiaque sollertia et industria in Azania elaboraverit, agrorum cultu invecto ac propagato, manibusque hominum machinarum labore adiuncto, ut barbarae illae immanesque gentes ad humaniorem vitae usum adigerentur, eaque Italiae colonia magis magisque in dies floreret, ad maiorem gloriam prosperitatemque communis Patriae; propter haec atque alia merita, terra marique domi bellicae parta, ALOISIVM AMADEVVM A SABAVDIA, Serenissimum ABRVTII DVCEM, summa sententiarum concordia censuit DOCTOREM Disciplinarum Geographicarum et Naturalium, *honoris causa*, renuntiandum esse;

Nos, ALFREDVS POCHETTINO RECTOR MAGNIFICVS,
qua sumus potestate praediti,

adnuente PETRO FEDELE EXCELLENTISSIMO REGIS ADMINISTRO
STVDIIS MODERANDIS

ALOISIVM AMADEVVM A SABAVDIA, ABRVTII DVCEM,

DOCTOREM, *honoris causa*, Disciplinarum Geographicarum et Naturalium, cunctis Collegii suffragiis, appellamus, et SERENISSIMO PRINCIPI in manus hanc membranam sigillo R. Universitatis obsignatam tradimus, quae honorem ei tributum testetur et confirmet.

Datum Augustae Taurinorum die natali Emmanuelis Philiberti Sabaudiae Ducis an. aevi Christiani MCMXXVIII, aevi Lictorii VI.

Subscripserunt

36505

INDICE

	<i>Prefazione del Rettore</i>	Pag. III
I.	Silvio Pivano - Emanuele Filiberto e le Università di Mondovì e di Torino	» 1
II.	Mario Chiaudano - I lettori dell'Università di Torino ai tempi di Emanuele Filiberto (1566-1580)	» 35
III.	Piero Giacosa - La Medicina in Piemonte nel Secolo XVI	» 87
IV.	Giovanni Vidari - La fondazione di Collegi dei Gesuiti negli Stati del Duca Emanuele Filiberto	» 123
V.	Lionello Venturi - Emanuele Filiberto e l'Arte Figurativa	» 139
VI.	Giuseppe Peano - Gio. Francesco Peverone ed altri matematici Piemontesi ai tempi di Emanuele Filiberto	» 181
VII.	Oreste Mattiolo - L'opera del Duca Emanuele Filiberto in favore della « Botanica » e della « Agricoltura ». I - EMANUELE FILIBERTO di SAVOIA e la prima <i>Lettura dei Semplici</i> in Piemonte II - Le provvidenze agricole del Duca EMANUELE FILIBERTO III - Il <i>Regio Parco (Parcus vetus)</i> e la Descrizione del Giardino di Armida di T. Tasso Appendice — Bibliografia	» 191
VIII.	Luigi Mascarelli - Chimica ed Alchimia nei rapporti con Emanuele Filiberto	» 237
IX.	Arturo Segre - Emanuele Filiberto, Agricoltura, Industria, Commercio, Banca, Miniere	» 259
X.	Francesco Ruffini - Matteo Gribaldi Mofa, Antonio Govea e lo studio generale di Mondovì	» 277
XI.	Giulio Bertoni - Margherita Duchessa di Savoia e la poesia francese	» 297

XII. Ettore Stampini - Monsregalensia et Taurinensia . . .	
1. - Il poemetto di Giovenale Ancina <i>De Academia Subalpina</i> .	} Pag. 309
2. - I poemetti di Rodomonte Germonio e di Anastasio Germonio <i>De Academia Taurinensi</i>	
3. - La così detta <i>Oratio Panegyrica ad Emmanuelem Philibertum</i> di Antonio Berga in un cod. ms. Torinese	
4. - Un manoscritto di Vincenzo Malacarne su le <i>Pomeridianae</i> <i>Sessiones</i> di Anastasio Germonio	
XIII. Vittorio Cian - Le lettere e la Coltura Letteraria in Piemonte nell'età di Emanuele Filiberto	» 353
XIV. Federico Patetta - Di Niccolò Balbo prof. di diritto nella Università di Torino e del Memoriale al Duca Emanuele Filiberto che gli è falsamente attribuito	» 421
XV. Luigi Torri - Quattro sonetti musicati per le nozze e in onore di Emanuele Filiberto e Margherita di Francia	» 477
XVI. Ettore Stampini - Testo dei diplomi di laurea <i>honoris causa</i> conferiti alle LL. AA. RR. Emanuele Filiberto di Savoia Duca di Aosta e Luigi Amedeo di Savoia Duca degli Abruzzi	» 493